g ¶ Ad ſtatutũ. Sed videtur ꝙ etiã nihilominus poſt terminũ teneatur. ar. ſ̃. de do. ⁊ ꝯtu. cũ dilecti. ff. de arbi. l. celſus. §. i. Sed aliud eſt in matrionio ꝙ res ipſa non capit tantã dilationẽ ppter periculuꝫ fornicatõis. ſ̃. ut li. non ꝯteſ. quoniã. §. i. ⁊ vbi terminꝰ apponitur vltra terminũ nõ tenetur ad ꝯ̃hendum: alias nihil operaretur appoſitio termini: vbi terminus non apponitur: ei nocet qui vltimo eſt in mora. ff. de peri. ⁊ cõmo. rei vẽ. illud ſciendum. ⁊ ꝙ nulla eſt cõtracta obligatio de pſenti: ſed in cõtrariis obligatio eſt pura ⁊ de preſenti: quare obligatio non tollitur propter lapſuꝫ terminũ ſed ſolutione eius quod debetur. arg. ff. de actio. ⁊ oblig. l. obligationuꝫ. ii. §. placet. ⁊ ita iſta ſunt diſſimilia.

h ¶ Seruare compellas. ſ̃. eo. ex litteris. ii. ar. contra. ſ̃. eo. requiſiuit. dic ut dixi. ſ̃. eo. ti. ex lr̃is. ii.

i ¶ Tamdiu ſit. ſic. ſ̃. de proba. cauſam matrimonij. ⁊. ĩ. de conſan. ⁊ affini. ex litteris. ⁊. xxx. qõe. v. iudicanteꝫ. Et ita eſt hic argu. ꝙ in cauſa matrimoniali. ſecundo inducantur teſtes ſuper eodem articulo poſt publicationem: ut in predictis capitulis.

k ¶ Cum apud. ſurdus. qui prorſus non audit quia de alio non eſt dubium quin poteſt poſtulare. ff. de poſtu. l. i. §. propter caſum. ſic ergo ſurdus ⁊ mutus poſſunt contrahere matrimoniũ. ff. de iure do. mutus. ⁊. ĩ. eo. tue. Que fuit ergo dubitatio huiuſmodi queſtionis? Illa potuit eſſe dubitatio: quia certa forma eſt expreſſa ad contrahendũ. ĩ. eo. ſi inter. ⁊. ĩ. de ſpon. duo. licet. Et quia iſti non poſſunt ſeruare illam: dubitatur quid iuris: ⁊ quantũ ad eccleſiam verſa ſunt neceſſaria. ĩ. eo. titu. tue. vnde altero ſubtracto non videbatur matrimoniũ. argu. i. qõe. i. detrahe. ſed non eſt ita quia ſolus cõſenſus ſufficit ut hic dicit. ⁊. xxvii. qõe. ii. ſufficiat. Unde ſi nõ poteſt exprimi per verba: exprimatur per nutum uel ſignum: ut hic patet in fine. et. ĩ. eo. tue.

l ¶ Prohibitoriũ. quia certe pſone prohibentur ut hic pꝫ. ⁊. xxx. q. iiii. qui ſpiritualẽ. vñ oẽs admittuntur qui non expreſſe phibentur. ff. de pcur. mutus. ſi. ff. de teſti. l. i. aliter accipitur prohibitoriũ. ff. de no. op. nũc. ptor. §. hꝫ eni inẽdictũ.

m ¶ Prohibetur. ar. id qd non phibetur cõceſſuꝫ videtur. ar. ſ̃. ff. de col. illi. l. iii. ⁊ ii. q. v. conſuluiſti. de hoc traditur. ſ̃. de trãſla. inter corporalia.

n Dilectus. copulauit. ignorans q illi eſſet furioſus.

o Furore. ſi tpe contracti matrionij taliter laborabat non fuit matrionū. xxxii. q. vii. neqꝫ furioſus. ſi. ē. de regula. ſicut. ſi tn̄ tpe ſane mentis cōtraxit: durat. ut in. c. neqꝫ. qꝛ etiā retinet dignitatē. ff. de ſta. ho. qui furere. ⁊. ff. de ſponſa. qui furē. ⁊ retinet filios in poteſtate. ff. de his qui ſui uel alie. iur. ſunt. l. patre furioſo. Sed quō potuit hoc eſſe: qꝛ ſi quādo mulier iſta cōtraxit laborabat illa furore ſtulta fuit. ſed hoc non eſt veriſimile q aliqua cū tali cōtraheret: ſed ſi tunc non laborabat furore tenuit matrionū: vnde adueniēte furore non diſſoluit̄ ḡ non debēt iſti ſepari: qꝛ initiū conſiderandū eſt ut. xxxii. q. vii. hi qui. ⁊. c. neqꝫ. Poteſt dici q ille tpe contractꝰ erat furioſus. ⁊ pater iſte ⁊ filia ignorabāt illū furioſuꝫ. Sepe eni furioſi ſunt cōſtituti in cōſpectu vmbrate getis. ff. de acqui. poſ. quod in eo. §. ſi furioſo. nec tn̄ ſunt mentis ſane licꝫ videant̄ ⁊ ſi tunc mulier iſta cū eo cōtraxit nō tenuit matrionū ⁊ ſi hoc ꝓbauerit ſeparabunt̄. Et qui tali furioſo tradit poſſeſſiōeꝫ non tranſfert eā in ipſuꝫ nec adipiſcit̄ poſſeſſionē: ſed tradens eā perdit. ſufficit enīꝫ ſi exiſtimat ſe tranſferre. ff. de acqui. poſ.. qō in eo. §. ſi furioſo. Quādoqꝫ tn̄ furioſus ꝑ dilucida interualla redit ad ſanā mentē ⁊ tunc ſi ꝯtrahat tenet. ar. vii. q. i. q̄uis. et. iii. q. ix. indicas. ff. de offi. pꝛeſi. diuus. ⁊. C. de cura. furio. l. pe. Sed pone q mulier contrahat cū furioſo ſi cōſentiat in euꝫ poſtq̄ reuerſus eſt ad ſanā mentē nunqd eſt matrimoniū? vr̄ q ſic. j. de eo qui dux. in ma. quā pol. ꝑ adult. ca. i. ⁊. c. ueniens. ⁊. j. de coniug. ſer. ꝓpoſuit. Jo. dixit q non eſt matrionū qꝛ ibi non fuit cōſenſus. xxx. q. ii. v̄. nō eſt. ff. de v̄bo. obli. l. i. verꝫ eſt qō dixit Jo. ſi referas te ad ꝓmū cōſenſuꝫ. Tan. dixit q eſt matrimoniū: qō intellige non ex tunc ut referas te ad ꝓmū ſed ut ex nunc ex nouo conſenſu.

ſolus cōſenſus illoꝝ de quoꝝ quarūqꝫ coniunctionibꝰ agitur: videt̄ q ſi talis uelit cōtrahere: ſibi non poſſit uel debeat denegari: cū qđ uerbis non poteſt: ſignis ualeat declarare.

Idem vercel. epō.

Dilectus filius. r. propoſuit: q filiam ſuam cuidaꝫ matrimonialiter copulauit[n]: ⁊ infra. Cū aūt eadem mulier cū ipſo viro qui cōtinuo furore[o] laborat morari nō poſſit: ⁊ ꝓpter alienationē furoris legitimus nō potuerit interuenire conſenſus: mandamus: quatenus ſi rē noueris ita eſſe: prefatas perſonas cures ab inuicem ſeparare.

Idem brien. epō.

Que frater. ⁊ īfra. Poſtulaſti utrū ex ſolis v̄bis ⁊ ex q̄bus matrimoniū contrahat̄. Nos igit̄ inqui. t. t. r. q matrimoniū in ueritate contrahit̄ ꝑ legitimū viri ⁊ mulieris conſenſū[r]: ſed neceſſaria ſūt quantū ad eccleſiam v̄ba[q] conſenſū exprimentia de preſenti. Nam ſurdi ⁊ muti poſſūt contrahere matrimoniū ꝑ cōſenſū mutuū ſine v̄bis[s] et pueri ante annos legitimos per uerba[t] ſola non cōtrahūt[u]: cū intelligant̄ minime cōſentire.

Idem.

Tua nos duxit. f. conſulēdos et īfra. Cōſequēter queſiuiſti cū quandaꝫ mulierē[a] quidaꝫ aliter inducere nequiuiſſet: ut ſibi cōmiſceretur carnaliter niſi deſpōſaſſet eandem: nulla ſolēnitate adhibita uel alicuius preſentia dixit illi: te ioannes deſponſat: cū ipſe ioānes non uocaret̄: ſed finxit ſe uocari ioannem: nō credēs eſſe cōiugiū: eo q ipſe nō uocaret̄ hoc nomīe: nec haberet propoſitū cōtrahendi: ſed copulam[b] tantū exequendi carnalē utrū inter predictos ſit matrionū celebratū: cū mulier cōſēſerit in eūdem: ⁊ ille diſſenſerit: ⁊ diſſentiat: nec aliud aliquid egerit quā ſuperius eſt expreſſū: niſi q cognouerit eandem. Super quo. t. r. q cū prefatus vir predictā deſpōſauerit mulierem: in propria pſona ⁊ ſub noīe alieno: quo uocari tunc ſe finxit: et inter eos ſit carnalis copula ſubſecuta: videtur forte[c] pro cōiugio preſumēdū: niſi tu nobis expreſſe ſcripſiſſes q ille non ꝓpoſuit nec conſenſit illaꝫ ducere in uxorem: quod qualiter[d] tibi cōſtiterit nō videmꝰ. Nos auteꝫ quid iuris ſit reſcribentes: dicimꝰ: q ſi res ita ſe habuerit videlicet q ille eam non propoſuit ducere in uxorem: nec vnquā conſenſit in predictā pſonam: nō debet ex illo facto cōiugium iudicari: cū in eo nec ſubſtantia cōiugalis contractus: nec forma[e] cōtrahendi coniugium ualeat inueniri: quoniā ex altera parte dolus ſolūmodo affuit et defuit oīno conſenſus: ſine quo[f] cetera nequeūt fedus pficere cōiugale.

Idem epō beluaceñ.

Cum in tua dioceſi: ⁊ īfra. Sane quia contingit iterdum q aliquibus uolētibus matrimoniū contrahere: bannis[g]: ut tuis uerbiſ utamur: ī eccleſijs editis: ac nullo contradictore publice comparente licet[h] fama priuatū impedimentū deferat parentele: cum ex parte cōtrahentium. iuramenta maiorū de ſua propinquitate ut ſuſpiciōis tollatur materia offeruntur: quid tibi ſit faciendum in caſibus huiuſmodi queſiuiſti. Ad quod taliter rñ.

p Que fraternitati. conſenſum. xxvii. q. ii. ſufficiat. ē. eo. cum ad locum.

q Verba. Licet eni ſolo cōſenſu contrahat̄ matrimoniū ſine verbis: ut in mutis. ē. eo. cū apud. tamē in his qui loqui poſſunt non cōtrahit̄ ſine verbis per que exprimat̄ conſenſus que ad hoc inuēta ſunt. xxii. q. ii. is qui. vel per aliquod aliud puta ipſo facto per qō intelligunt̄ conſentire cōtraherent̄ matrimoniū: ſicut dicit lex de fideicō. q nutu relinqui poſſit dūtamen poſſit loqui. C. de fideicō. in epiſtola. ff. de leg. iii. nutu. Si tamē parētes cōtrahant ꝓ filiis preſentibus ⁊ ſcientibus ſufficit nutu eoꝝ taciturnitas. xxxii. q. ii. honorant̄. ff. de ſpon. ſed que patris. Et idē credo ſi per alios cōtrahat̄ ſubſequēte annuli ſubarratōne. ut no. j. ti. ꝓxi. c. vlti. in prima notula. Et in mutis ſolus cōſenſus non ſufficit: imo ſigna neceſſaria ſunt cōſenſuꝫ exprimentia. Et ita hoc idē faciunt ſigna in mutis quod verba in loquentibus. ē. eo. cum apud. Et hoc intelligo cū matrimoniū contrahit̄ ſolis verbis exprimētibus conſenſuꝫ mutuū de preſenti: ⁊ hoc expreſſe apparet ex forma conſultatōis dum dicit vtrū ex ſolis verbis. ⁊ ad hoc reſpōdet: ſecus in matrimonio preſūpto vbi de ipſo facto preſumptiue contrahit̄ mr̄imoniū. j. eo. is qui. ⁊ ſm q no. j. ti. proxi. c. vlti. ⁊. ē. de re iudi. tenor.

r Nam. ⁊ iſtud nam reſpicit qō dixit. ē. per legitimū viri ⁊ mulieris cōſenſuꝫ quia mutus contrahit per conſenſuꝫ.

s Sine verbis. ſed non ſignis uel nutibus. ē. eo. cum apud.

t Verba. ergo patꝫ q duo ſunt neceſſaria ad iſtud ſacramentū. ſ. verba ⁊ ſigna uel cōſenſus altero ſubtracto non eſt matrimoniū: ſicut dicit̄ de baptiſmo. i. qōe. i. detrahe.

u Non cōtrahunt. qꝛ non poſſunt reddere debitū. j. de frigi. ⁊ malefi. quod ſedem. ⁊ conſenſuꝫ non habent: ut hic dicit: quia etas illa ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. i.

a Tua nos. mulierem. Si iſte deſponſauit iſtam mulierē quibuſcunqꝫ verbis vſus fuerit potius conſiderandū eſt quid fuerit factū q̄ quid dictū. ar. ē. de appel. ad audientiā. et. j. de v̄bo. ſigni. in his. C. plus ua qō agi. ſi quis. Iteꝫ ſimulatio ſiue dolus non impedit matrioniū ſpūale. xxvii. di. quod interrogaſti. ergo nec carnale. Sed hec nō procedunt quia ſimulate nuptie nō ſunt nuptie. ff. d̄ ritu nup. ſimulate. ⁊ propter ratiōnē que infertꝰ reddit̄. Sed pone q aliquis ꝓteſtet̄ coram pluribus q oīa que dicit uel faciet non faciet aīo cōtrahendi matrimoniū: ⁊ poſtea publice dicat cōſentio in te: nūquid ē hic eſt hic matrioniuꝫ uel nō? In cāu iſto dico q eccleſia iudicare debet ꝓ matrimonio qꝛ recurrendū eſt ad cōem verboꝝ intelligentiꝫ. ē. eo. ex lr̄is. i. talia enīꝫ verba nō poſſunt ſeruire ſue intentōni. ꝓterea ſi probꝫ q illa verba ꝓteſtatꝰ fuit ꝓmo potuit poſtea recedere ab illa volūtate ⁊ cōſentire in illam ⁊ hoc videt̄ ꝑ illud quod poſtea publice facit: ⁊ ſi dicat q adhuc tpe cōtractus erat in eadē volūtate nō credit̄ ei qꝛ cōtra eum debet fieri interpretatō qui dolū adhibet: ut dictū eſt. ē. c. ex lr̄is. i.

b Copula ſubſecuta. ꝑ hoc videt̄ conſenſiſſe. j. c. is qui. ⁊. j. de cōdi. appo. de illis. ⁊. c. ꝑ tuas.

c Forte. quibuſdā non recte intelligētibus eſt dubiū ſed recte intelligentibus nō eſt dubiū.

d Qualiter conſtiterit. imo bene potuit conſtare quia vir ille hoc ei cōfitebat̄ qꝛ hoc dicimur ſcire qō ab aliis audiuimus. xxii. q. v. hoc videt̄. uel qꝛ ille hoc ei cōfeſſus fuit in penitēnali iudicio ī quo cuilibet eſt credendū. ut. j. de homi. ſignificaſti. qꝛ ſoli ſibi fit p̄iudiciū. vñ nō eſt veriſimile q ſit immemor ſue ſalutis. i. q. vii. ſancimꝰ. ſed in iudicio ꝓ tribunali nō crederet̄ ei in p̄iudiciū alterius.

e Nec forma. no. q ad eſſe matrimonii duo ſunt neceſſaria. ſ. ſubſtantia ⁊ forma: ſicut ad eſſe hoīs ꝓ ſubſtātia eſt ibi cōſenſus: ⁊ ꝓ forma verba ad exprimendū cōſenſū deputata. quā formaꝫ habes j. e. ſi inter. j. de ſpon. du. licꝫ p̄ter. ⁊ qꝛ hic defuit ſubſtātia ⁊ forma nullū fuit matrimoniū. Idē eſſet ⁊ ſi alteꝝ deeſſet. ē. c. cū apud. et c. tue. ⁊. j. de fri. ⁊ male. quod ſedē. ⁊ matrimoniū q̄uis duo exigat res tn̄ ſimplex eſt ⁊ indiuidua. xxvii. q. ii. §. i. ⁊ in matrimonio preſumpto ipſuꝫ factū habet̄ ꝓ ſubſtantia per quod preſumit̄ ſufficiens conſenſus. j. eo. is qui.

f Sine quo. ē. e. cum locū. ⁊. xxvii. q. ii. ſufficiat.

g Cum in tua. bannis. i. denūciatōibus: ⁊ hodie cōſuetudo iſta reducta eſt ad ius cōe. j. de clādeſti. deſpō. cū inhibitio.

h Licet priuatū. ⁊ ſic eſt fama aliquid quod dr̄ occultū ſiue priuatū. ē. de coha. cle. ⁊ muli. tua. ⁊ iō dr̄ fama priuatū impedimentuꝫ: qꝛ ꝑ famaꝫ ſolam non cōſtat de impedimēto niſi alia ꝓbatio adſit ut in ca. tua. ſed ſi fama hec erat de conſanguinitate quare non interdicit̄ matrimoniū: ut. j. de cōſan. et affi. ſuper eo. quod ſignatur ꝓ contrario ſed non eſt contrariū: quia hic non cōſtabat de fama: ut. j. dicit̄ ſed denunciat̄ fama uel priuatū impedimentū deferebat vnde primo debet inquiri de fama.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

i ¶ Perſona grauis. imo ⁊ turpis pſona vr̃ admitti ad impediendū ſ. e. preterea. ſed illud obtinet cū impedimentū orit̃ a pſona denūciante cōſanguinitatē que tenet̃ reuelare impedimentū cōſanguineo. xxxv. q. iii. ſi autē homo. Eſt ḡ hic ar. ꝙ criminoſi non admittunt̃ ad denunciatōem criminū. ar. xxxv. q. vi. ſi epus. in ſynodo. ⁊ ſ. de teſti. cogen. ꝑterea. §. i. ꝯ h̃ no. ii. q. i. ſi peccauerit.

k ¶ De fama. ergo fama ꝓbari pōt. ſ. de teſti. ta3 litteris. ⁊ c. cū cām. i. ar. ꝯ ſ. de accu. inquiſitionis. in fi. Jte3 ſola denunciatio nō impedit matrimoniū niſi adſit fama: ⁊ ita ſola fama impedit matrimoniū. ſ. de conſang. ⁊ affi. ſup eo. ⁊ vn⁹ teſtis ſ. de teſt. ſup eo. ii. ſed iſte denūcians non teſtificabat̃.

l ¶ Scandalo. No. ꝙ ꝓpter ſcādalum impedit̃ matrimoniū: ut hic p3. ſic. ſ. de cog. ſpi. ſup eo. in fi. ⁊ ita habes ꝙ ſcandalū ſiue conſuetudo reddit aliquos inhabiles ad contrahendu3 ſm ꝙ no. in illa decre. ſuper eo.

m ¶ De plano. ſummaria cognitio ſufficit hic. ſic. ſ. de accuſa. ſicut oli3. ⁊ c. oli3. ſic eodē modo vr̃ ꝙ iudex poſſit inquirer̃ de fama aliquius de plano ⁊ ſine iudicioꝝ ſtrepitu. multiplex. n. clamor famā inducit: ita ut p̄elatū moueat ad inquirēdū. ſ. de accu. qualiter ⁊ quando. ii.

n ¶ Famā. No. hic ꝙ ſi ꝓbes famā ꝯ aliquē ꝙ pōt ꝓbari contrariū ad tollendam famā: ⁊ ita ſi ꝓbaſti aliquē eſſe male fame ipſe poteſt ꝓbare ſe eſſe bone fame. ii. q. v. preſbyter. ⁊ c. ſi mala. ſ. de accuſa. inquiſitionis. in fi.

ꝙ ſi perſona[i] grauis cui fides ſit adhibenda tibi denūciet: ꝙ hi qui ſūt matrionio copulādi ſe propinquitate contingāt: ⁊ de fama[k] uel ſcādalo[l] doceat: aut etia3 ꝑ teipſū poſſis certificari de plano[m]: nō ſolū debes iuramēta parentū ſponte oblata nō recipere: uerū etiam eos qui ſic cōtrahere nitūtur ſi moniti induci nequiuerit: ꝯpellere ut a tali cōtractu deſiſtant: uel cōtra fama3[n] huiuſmodi ſecundū tue diſcretiōis arbitriū iuramēta exhibeant propinquoꝝ: alioquin ſi pſona denūcians nō extiterit talis ut diximꝰ: ⁊ de fama uel de ſcandalo non poterit edocere: ad deſiſtendū monere poteris: nō cōpellere cōtrahētes.

Honoꝛ. iij. epō berguen̄.

Conſultationi tue. b. reſpōdemus: ꝙ mulieres que uenūt ad ualuas eccleſie benedicende cū ſponſis: ⁊ ibi reclamātes affirmāt ſe nūquā in eoꝝ matrionū conſenſiſſe audiri ſponſis legitime probātibus cōtrariū nō opoꝛtet cum legitimis ⁊ idoneis teſtibus nō debeat illaꝝ ſimplex aſſertio[o] preualere. Sane illis que benedictione accepta mox a ſponſis aufugiunt ante carnis copulā[p] ſubſecutā: aſſerētes ſe nūquā in illos ueraciter conſenſiſſe: ſed metu illato cōpulſas v̄ba protuliſſe conſenſus: licet animo diſſentirēt: nō ſtatim eſt audiētia deneganda: ſed de illato metu eſt cū[q] diligētia inq̄rendū: ⁊ ſi talis metus inueniatur illatus qui potuit cadere in conſtantē[r] virū: erūt nō imerito audiende.

o ¶ Conſultatōni. aſſertio. aſſertioni illaꝝ non eſt credendū ſed potius teſtibus qui iurati ꝓbauerūt contrariū. ergo ſi vellēt ꝓbare cōtrariū videt̃ ꝙ ſint audiende: ſed non videt̃ ꝙ poſſent h̃ ꝓbare cū ſit negatiua. ſ. ꝙ nunꝙ̄ conſenſerūt. ſ. de elect. bone memoꝛie. immo poſſent ꝓbando metū: ut dicit in fine.

p ¶ Ante carnalē copula3. ſecus ſi poſt: q: tunc cōſenſiſſe videntur ita ꝙ poſtea in cōtrariū reclamantes nō audiant̃. ſ. eo. ad id quod Et. ſ. qui ma. accu. poſ. inſuper.

q ¶ Cum diligentia. No. ꝙ dicit cū diligentia: q: vbi maius periculū vertit̃ cautius ⁊ diligētius agendū eſt. vii. q. ii. c. vlti. ⁊ circa maioꝛa maius periculū vertit̃. xlii. di. quieſcamus. ff. ad carbo. l. i. §. ſi qs. §. iii. ⁊ ar. lxi. di. miramur. vnde cāe matrionales non ſunt cōmittēde niſi iuriſperitis. ⁊ qui poteſtatē habeāt iudicādi. ſ. de conſan. ⁊ affini. ex lr̃is. in fine.

r ¶ In conſtantē. ſic. ſ. e. veniēs. ii. ⁊ talis metus cōtinet moꝛtis periculū aut coꝛpoꝛis cruciatū. C. de trāſac. interpoſitas. ſ. de his q̄ vi. metuſue cā fi. cū dilecti. ⁊ c. platū. xxxi. q. ii. lothari9. ⁊ ea. cā. q. ii. ſi verū. alias vanus timoꝛ non excuſat. ff. qꝺ me. cā. metū aūt. ii. ff. de re iudi. ſi quis ab alio.

s ¶ Semma. infra ſeptenniū. vnde non tenuerūt ſponſalia. ſ. ti. ꝓxi. lr̃as. acceſſit. ⁊ ſ. de reſti. ſpo. ex pte. ḡ nec pena ſi licita fuiſſet alias non tenuit q: ſi p̄ncipale non tenuit: nec acceſſoꝛiū. ſ. de re iudi. cū inter. C. de legi. non dubiū. cū ſuis cōcoꝛ. ſed ſi poſt vii. an. foꝛte conſenſerunt ⁊ tenuerunt ſponſalia: pena tamen non tenuit.

t ¶ Libera debeant. ab omni coactiōe. ſ. e. cū locū. ⁊ c. requiſiuit. et etiam a pena pecuniaria: ut hic patet.

u ¶ Stipulatio. ſtipulatio pene in ſpōſalibus appoſita non tenet ꝓpter ratōe3 que reddit̃ in lr̃a ſed arras datas ꝓ ſpon ſalibus ꝑficiēdis amittit qui reſilit ſine iuſta cā. C. de ſpon. l. vlt. ⁊ ff. de v̄bo. obli. titia. vnde hec decre. ſumpta fuit. C. de inuti. ſtipu. l. ii. ⁊ hic. Sed vid et̃ ꝙ ide3 ſit in arra qꝺ dr̃ de pena: q: eade3 eſt ratio vtrobiq3: ḡ eadem debet eſſe ꝓhibitio ⁊ idē ius. ſ. de confir. cu3 dilecta. cū alijs cōcoꝛ. ibi poſitis. ⁊ ſ. de trāſla. inter coꝛpalia. ſed ſecus eſt ſm leges ut dic̃ l. ꝑdicta. de ſpon. in. C.

Grego. ix.

Semma mulier nobis expoſuit ꝙ cū. t. filia eius cū. c. cōtraxit matrimoniū. b. de alferio ea occaſione ꝙ inter. p. filium ſuu3 et predictam puellam infra ſeptennium[s] conſtitutos ſponſalia contracta fuerunt: penam ſoluendā a pte que contraueniret: in ſtipulatione appoſitam ab ipſa nititur extoꝛquere. Cum itaq3 libera[t] matrimonia eſſe debeāt: ⁊ ideo talis ſtipulatio[u] propter pene interpoſitionem ſit merito improbanda. mandamus quatenus ſi eſt ita: eundem. b. ut ab extoꝛſione predicte pene deſiſtat: eccle. cenſura compellas.

Idem epō cenomanen̄.

Is qui fidem dedit. m. muliери ſuper matrimonio cōtrahēdo carnali copula ſubſecuta: ⁊ ſi i facie eccleſie ducat aliā et cognoſcat: ad primam redire tenetur[x]: quia licet preſumptum primum matrimonium videatur contra[y] preſumptionem tamen huiuſmodi non eſt probatio admittēda. Ex quo ſequit̃ quod nec aliquod cenſetur matrimonium quod de facto eſt poſtmodum ſubſecutum.

Idem.

Si inter virum et mulierez legitimus conſenſus interueniat de preſen̄: ita ꝙ vnꝰ alterum mutuo conſenſu uerbis cōſuetis expreſſo recipiat utroq3 dicente[a]: ego te in meam accipio: et ego te accipio in meum uel alia

x ¶ Is qui. tenet̃. ſic. ſ. eo. veniens. ⁊ ſ. de cōdi. appo. de illis. ⁊ c. ꝑ tuas.

y ¶ Contra p̄ſumptionē. no. circa huiuſmodi p̄ſumptōes Preſumptio alia eſt iuris et canonis ſiue legis: alia hoīs alia nature: alia facti. Preſūptio iuris ⁊ canonis ſiue legis ſiue iuris ſiue de iure qꝺ idē eſt: non recipit ꝓbationē in cōtrariū: ut lex p̄ſumit mulierē dotē ſtipulatā ſibi reddi que nō eſt ſtipulata: ⁊ ſi quis uellet ꝓbare cōtrariū nō audit̃. C. de rei uxo. acti. l. i. §. i. Idē eſt in arrogato qui ſemper intelligit̃ ſtipulatꝰ quartā partē de bonis arrogatoris ſi emancipet̃. ff. de adop. ſi arrogatoꝛ. ⁊ de tali loquit̃ hic. Et ita preſumptu3 dicit̃ iſtud matrimoniū. ſimilis p̄ſumptio eſt. xi. q. i. ſi qui clericoꝝ. ⁊ ſ. qui ma. accu. nō po. inſup. ⁊ ſ. e. ad id qꝺ. ⁊ liiii. di. fraternitatē. ⁊ ſ. ꝯ iude. c. vlt. quod loquit̃ in eodē caſu cū. c. fraternitatē. Preſūptio hoīs eſt cū preſumit̃ cōtra aliquē hominē ꝓpter mala3 famā. cōtra hanc preſumptionē bene admittit̃ ꝓbatio in cōtrariū. ſ. eo. cū in tua. ⁊ ii. q. v. preſbyter. ⁊ c. ſi mala fama. ſ. de purga. cano. cū. p. ⁊ ff. qꝺ me. cā. nō ē veriſimile. Preſumptio nature eſt: ut cū exheredo filiū meu3 p̄ſumit̃ cōtra me ꝙ iniuſte exheredauerī eū ⁊ hoc ꝓpter naturā ⁊ ideo heredes mei probare tenent̃ ꝙ iuſte exheredauerim eū. C. de inoffi. teſta. aut̃. non liceat parenti. Preſumptio facti alia p̄cedentis circa futura ut ſi ſemel calūniatus es cōtra me ⁊ iterū velis me accuſare: preſumit̃ modo te velle ite3 calūniari. ff. de accuſa. ſi cui. §. hiſdē. iii. q. x. placuit. ⁊ c. ſi accuſatoꝛ. ⁊ ſ. de p̄ſūp. mandata. et c. ſcribā eis. Preſumptio facti ſubſequētis circa p̄terita eſt: ut ſi aliqui fuerit accuſati de crimie adulterii qꝺ depellebāt p̄textu ꝓximitatis ſi poſtea i matrimoniū ſe cōiunxerint manifeſte preſumit̃ facinus in quo accuſati fuerūt. C. de adul. ſi qui adulteriū. ff. ad macedo. ite3 ſi filius. alias incipit: ſed iulianus. §. interdū. circa fi. ⁊ in aut̃. ut nulli iudi. §. ſi quis v̄o. colla. ix. Eſt ⁊ alia p̄ſumptio iuris tantū: ut ſi vir diu cohabitauit vxoꝛi p̄ſumit̃ ab eo cognita. xxxii. di. dixit dn̄s. ⁊ xxvii. q. i. nec aliqua. ⁊ cōtra hanc p̄ſumptionē probatio admittit̃. ſ. de proba. ꝓpoſuiſti. ⁊ ff. de ꝓba. ſi cirographū. ſed hic non fuit ſubſtantia ⁊ foꝛma cōiugalis cōtractus. de qua dr̃. ſ. e. tua. vnde non eſt matrimoniū. Satis dr̃ hic fuiſſe ſubſtātia ⁊ foꝛma: q: conſenſus ⁊ foꝛma fuit h̃: lic3 ꝑ verba de futuro que ꝑ carnalē copulā ſubſequentē fiunt de p̄ſenti ꝓſūptiue: ſed ꝑ carnalē copulā ſubſequentē p̄ſumit̃ cōſenſus. ꝑ v̄ba p̄cedētia deſignat̃ foꝛma: l3 illa ab initio fuerint de futuro.

a ¶ Si inter. dicente. ergo altero loquēte tantū non eſt matrionū q: nō loquēs ſuū cōſenſu3 nō exp̄mit. ar. xxx. q. ii. c. i. Jtē ar. ꝙ qui tacet nō cōſentit q: verba ſunt neceſſaria ꝯſenſu3 exp̄mentia. ſ. e. tue. ſi. ff. de ꝓcur. ſi iuſſa. §. inuitū. ⁊ ſi cōſenſu3 exp̄mat alter aliquo ſigno uel nutu: l3 nihil exprimat oꝛe ſatis videt̃ idē. Ar. ꝯ. ꝙ nō ſit matrimoniū q: ſtipulatio non ꝯhitur niſi vtroq3 loquēte etiā ſi annuat ſine verbis. ff. de v̄bo. obli. l. i. in p̄n. ⁊ §. ſe. ſi quis ita. ergo idē in matrionio. ar. iſtius lr̃e vtroq3 dicente. muti tamē ſine iſta foꝛma ꝯtrahere poſſunt dū tamē cōſenſu3 exp̄mant ſignis. ſ. e. cū apud. ⁊ ff. de iur. do. mutus. ar. ff. de tute. muto. ⁊ illa ſigna equipollēt huic foꝛme ⁊ ita nō refert dūmodo ꝯſenſus exp̄mat̃ etiā in loquēte ſubſecuta ſubarratōne ꝑ imiſſionē annuli. nā multe ꝓpter verecundiā annuūt potius ꝙ̄ loquāt̃ maxime preſentibus parentibus. xxxii. q. ii. honoꝛantur.

b ¶ Alia uerba.ſ.eo.ex parte.⁊.xxx.q̄ōe.v.§.ſi quis diuinis.
c ¶ Iuramentū.⁊ ita iuramentum eſt de ſubſtantia matrimonii.
d ¶ Ad alia vota.ad religionē tamē bene poſſet ante carnalē copulā tranſire ſ.de conuerſi.coniuga. ex publico.
e ¶ Separari.q2 fortius vinculū ſupuenit. ⁊ ſic ſoluunt̄ ſpōſalia non obſtāte iuramento. Sic ⁊ votū ſimplex ſoluit̄ ſupueniēte matrimonio.xxvii.di.ſi vir. ⁊.xxvii.q.i.nuptiarū. Et min⁹ punit̄ propter bonū matrionii ſubſequētis: ut.c.ſi vir.
f Adoleſcēs. de preſenti ɔtraxit.⁊ ſic ſoluta fuerunt poꝛa ſpōſalia.ſ.c.pxi.⁊.i.de ſpon.duo.duob⁹.⁊ ſic remanebit cū ſecunda et agꝫ penitentiā de fide mētita: ut dicit.c.duobus.
g ¶ Nec preſumptū.vez non fuit q2 ibi non fuit conſenſus de preſenti. pſumptū nō fuit q2 non fuit carnalis copula ſubſecuta. De pſumpto matrionio habes.ſ.eo.is qui.et ſ.de re iudi.tenoꝛ. vbi d hoc ⁊.xxvii.q.ii.ſi quis vxoꝛē.
h ¶ Conatus. No.ꝙ conat⁹ ſiue voluntas ſine effectu nō nocet:ut hic pꝫ. ⁊ de pe.di.i.§.hec autē vba.⁊.§.cogitationis penaꝫ. ⁊.ff.qui mo.pig. uel hypo.ſol.ſicut.§.ſi voluntate. Et.xvii.q.iiii. ſi qs ſuadente.et.ff.qō quiſqꝫ iur.l.i. in ſi. ⁊ eū condēnatuꝫ accipe debemus tantū qui iure condēnatus eſt ita ut ſnia teneat Et ſi nulla eſt ſnia non dr̄ cōdēnatus.ff.de re iudi.ſi ſe.§. condēnatum. Item argu. ꝙ verba cū effectu ſunt accipiēda.ſ.de ele.non reſi.relatū. ⁊.ff. ne quis eū qui i ius vo. vi.exi.l.pe.§.docere. Arg.ɔ ꝙ voluntas ſiue conatus delinquēt̄ puniri debeat q̄uis ſine effectu.ſ.de biga.nup.⁊ c.vlti.⁊.l.di.ſi quis poſt acceptū. et de pe.di.i.ſi qs nō dicā.ſi quis cū telo.et q̄tuoꝛ.§.ſe.et.ff.de ex̄oꝛ.cri.l.i. et.C.ſi quacūqꝫ pdi.po.l.i. in pn. ⁊.ſ.eo. iuuenis.
a Tua. cōſentit. ſi coactōe paterna ductus cōſentiret in aliquaꝫ quā alias nō eſſet ducturus: eā voluiſſe videt̄ ⁊ eſt matrimoniū.ff.de ritu.nupt.ſi patre.cogi tñ non debꝫ.ff.e. nō cogit̄.et.C.de nup. nec filiū nec pōt eū compellere inuitū ff.de ſpon. filiofamilias.q2 inuite nuptie difficiles exitus conſueuerunt hr̄e. ſ.ti.pxi. requiſiuit.et.xxxi.q.ii.§.i.ſecus videt̄ de filia ſm leges.nam illa cō tradicere non pōt niſi pater dederit ei turpē uel moꝛibus ſuis indignū .ff.de ſpon.ſꝫ q patris.ſec⁹ tñ ſm canones.ſ.ti.pxi.cū locū.et.xxvii.q.ii.ſufficiat.
b ¶ Debet.debito honeſtatis non neceſſitatis.ſ.de teſti.c.i.
c Ubi non eſt cōſenſus.verus uel preſumptus.
d In Canonibus. Etas ad matrionū ɔhendū tam ſm leges q̄ ſm canones eſt.xii.an.in femina.ff.de ritu nup.minoꝛē.et.i.eo.cōtinebat̄. In viro.xiiii.an.i.c.atteſtatiōes. Quantū ad ſpōſalia etas.vii.annoꝝ.ff.d ſpō. et in ſponſalibus.i.eo.lr̄as.acceſſit.et.c.duo.
e ¶ Coniungant̄.matrimonialit̄: q2 conſentire nō poſſunt.i. de frigi.et male. quod ſedē. vel intellige q̄tum ad ſponſalia:⁊ ideo prohibent̄ q2 ſepe mutant poſtea voluntatē. vn̄ preterea oꝛit̄ diſcoꝛdia inter ipſos et diuertentes cōſanguineis copulant̄: ut.ſ.ti.pxi.iuuenis.qō eſſe nō pōt.ſ.ti.pxi.ſponſā.
f ¶ Pacis. No.pro bono pacis admittendū quod alias phibet̄. iii.q.vi.hoc quippe.vnde vſus. Par ut ſeruet̄ moderamen iuris habetur.
g Puberes.xiiii.an..xx.q.i.illud. ⁊.ſ.de regula.ad noſtram.
h Tardiſſime.quid ſi iſte qui iam cōpleuit.xiiii.annos talis appareat ꝙ nullo modo poſſit generare ⁊ contrahat nunquid tenet matrimoniū? Dicunt quidā ꝙ tenet matrimoniū. Contrariū credo:quia nec eſt pubes ut.i. dicit̄:nec i eo reperiunt̄ tria bona matrimonij que ſunt fides pꝛoles ⁊ ſacramentū.xxvii.q.ii.omne. Itaqꝫ iſte non eſt talis qui poſſit habere pꝛolem quod etiam ſatis patꝫ per litterā ſequentem. Argu.contra .i.eo.de illis.

uerba[b] ɔſenſum exprimētia de preſenti:ſiue ſit iramentū[c] interpoſitū ſiue nō:nō licet alteri ad alia uota[d] tranſire quod ſi fecerit ſm mr̄imoniū de facto cōtractū:etiaꝫ ſi ſit carnalis copula ſubſecuta:ſeparari[e] debet:et pꝛimū in ſua firmitate manere. Uerū ſi inter ipſos acceſſit tantū mō promiſſio de futuro: utroqꝫ dicente alteri:ego te recipiā in meam:et ego te in meuꝫ: ſiue uerba ſimilia: ſi alius mulierē illā per uerba de preſenti deſponſauerit: etiaꝫ ſi inter ipſam et pꝛimū iuramentuꝫ interuenerit: ſicut diximus de futuro huiuſmodi deſponſationis intuitu ſecundū matrimoniū non poterit ſeparari:ſed eis eſt de uiolatiōe fidei penitentia iniungenda.

Idem.
Adoleſcens qui deſponſataꝫ ſibi per uerba de futuro:licet ſepe nixus fuerit:carnaliter non cognoſcēs:cū alia poſtmodū per uerba de preſenti[f] ɔtraxit:nō pꝛimā cū qua nec fuit uerum matrimonium: ex foꝛma cōtractus:nec pꝛeſūptū[g]: cum conatus[h] nō habuiſſet effectū ſed ſecundam debet habere uxorem.

## De deſponſatione impuberum.

Hono.euſebio epiſcopo.
Tua.fra. requiſiuit de filio adulto quē pater mr̄imoniū uult contrahere ſine uolūtate adulti filij facere poteſt. Ad quod dicim⁹: ſi aliquomō non cōſentit[a] filius: fieri nō poſſe. Poteſt autem filiū nōdum adultum uoluntas cuius diſcerni non poteſt: pater cui uult matrimonio tradere: et poſtquā filius peruenerit ad perfectam etatem omnino debet[b] hoc adimplere.

Nicolaus papa.
Ubi non eſt cōſenſus[c]: et infra Diſtrictius inhibemus. ne aliqui quoꝝ uterqꝫ uel alter ad etatē legibus uel canonib⁹[d] determinatam non puenerit: coniūgant̄[e]: niſi foꝛte aliqua urgētiſſima neceſſitate interueniente:utpote pro bono pacis[f] talis coniūctio tolleret̄.

Iſidoꝛus.
Puberes a pube ſūt uocati id eſt a pudentia coꝛpoꝛis nūcupati:quia hec loca pꝛimo lanuginē ducunt. Quidam tamen ex annis pubertatem exiſtimāt:ideſt eū eſſe puberem qui.xiiij.annos[g] impleuerit: quāuis tardiſſime[h] pubeſcat. Certuꝫ autem eſt eum puberē eſſe qui ex habitu coꝛpoꝛis pubertateꝫ oſtendit[i] ⁊ generare iam poteſt.et puerpere ſunt que in annis puerilibus pariunt.

Alex.iij.herfoꝛdeñ.epō.
Litteras tue fraternitatis accepimus:ex quaꝝ tenoꝛe ppendimus:ꝙ cuꝫ quidam eſſet pfecte etatis:quandam puellam in cunabulis deſponſauit:procedēte uero tempoꝛe matrem puelle cognouit: et eam in uxoꝛem accepit:⁊ infra. Conſul.t.t.r.ꝙ ſi prefatus vir matrem puelle antequam ſeptimū annum compleſſet in uxoꝛeꝫ accepit: matrimoniū non diſſoluas[k]: cū deſponſationes huiuſmodi nulle ſūt: que in cunabulis fiunt. Uerum ſi poſtquam puella ſeptimuꝫ annum compleuit: predictus vir matrem eius accepit uxoꝛem: cū ſponſalia extunc[l] placere[m] conſueuerint inter eos ſentētiaꝫ diuoꝛtij non differas promulgare: nec ipſaꝫ filiā[n] ſeu matrem habere pmittas.

Idem eboꝛaceñ.epō.
Acceſſit ad preſētiā noſtrā:et infra. F.t.mādam⁹. quaten⁹ ſi tibi ɔſtiterit ꝙ puella nō eēt ſeptēnis qñ ab.gu.deſpōſata fuit:⁊ poſtea in eū ɔſeſerit[o]:⁊ ꝙ idē gu.ab huiuſmodi deſpōſatiōe p te fuerit abſolutus[p]

i ¶ Oſtendit generare. ergo pubertas ex vigoꝛe naturali non ex annoꝛum numero compꝛobatur quod verum eſt quo ad matrimoniū contrahenduꝫ ut dixi.⁊.i.de illis.ij.⁊.c.vlti.vbi malitia ſupplet etatē.ex quibus etiā pꝛobatur ꝙ matrimonū conſideratur ex pubertate tantū ⁊ nō ex annoꝝ numero quo ad tutelaꝫ uel curam etas annoꝝ tantū conſiderat̄. C. quando tu. uel cur.eſſe de. indecorum.inſti.qui.mo.fiunt tut. in pꝛinci. ſed quo ad matrionū bene inſpicitur mulier ⁊ ēt vir an ſint apti ad matrioniuꝫ.xxvii.q.i. nec aliqua. ⁊.ſ.d pba. pꝛopoſuiſti.⁊.c.cām matrimonij.
k Litteras.diſſoluas. arg. ꝙ ſponſalia contracta de facto non inducūt publice honeſtatis iuſticiam. arg.ɔtra.ſ.ti.pri. ad audientiā.vbi d hoc.⁊.c.iuuenis.
l ¶ Extunc.ſ. poſt vii. annos. xxx.q.ii.c.vlti.
m ¶ Placere cōſueuerunt. ⁊ ſi placuerint ſola ratihabitione confirmantur lꝫ ab initio nulla fuiſſent ⁊ intelligunt̄ ratū habet̄.niſi expreſſe contradixerint etate legitima adueniente ut hic colligit̄: ſed intelligo ꝙ ſponſalia debeant placere cum ſimul cohabitant: quia tūc intelligūt̄ cōſentire ex quo nō contradicunt .ff. d ritu nup. minoꝛeꝫ. ſecus credo ſi ſeoꝛſum habitant quia tunc nō intelligūt̄ conſentire: niſi uel verbo uel ipſo facto puta quia vadit ad domuꝫ ſuaꝫ uel dat aliqua munuſcula ⁊ conſimilia que ſpōſi facere cōſueuerunt.ar.ad hoc.i.c.pxi.in pn. vbi dicit:⁊ poſtea in eū non conſenſerint. Item ar.ad ea que frequētius accidunt iura adaptari debent.xxviii.di.de ſyracuſane.⁊.ſ.de cleri.ɔiug.diuerſis fallaciis. C. de la.li.tol.l.vnica.§.ſed ⁊ ſi quis.⁊.xiiii.q.v.deniqꝫ. Et inſti. de re.diui.§.illud.⁊.xix.q.ii.due ſunt. ⁊.ff.de ſerui.ru.predi.cum eſſent.§.per pluriū.ff.de vſuca.l.iuſto.i.Rn̄.in fi.ff. de legi.nam ad ea.⁊.iii.q.v.accuſatoꝛes.imo qnqꝫ ad ea que nūq̄ uel raro accidunt.ff.ſi ps here.pe.l.antiqui.xix.di.in canonicis.in fi.ff. de re. iur.ea que raro.de cō.di.iiii.ſanctū eſt baptiſma. in fi.C. de legi. here.ſi maioꝛ.⁊.li.di.qui in aliquo.v.quocunqꝫ.ff. de ſta.ho. non ſunt.⁊.l.ſeq. Solu.regulariter obtinet.i.rubrica: cōtraria caſu alia ſunt que negociis nō coherent.ff.de reg.iur.ea que raro.
n ¶ Filiam.quā habere non poteſt propter affinitatem ſuperuenientem .xxxv.q̄ōe.iii.nec eam quam. nec matrem: propter publice honeſtatis iuſticiā:ut.i.c.proxi.⁊.ſ.ti pxi.ad audientiam.⁊.i.eo. continebatur.§. vl.
o Acceſſit.conſenſerit.dic ſup hoc ut.ſ.ca.proxi.
p Abſolutus.maxime.hec abſolutio factū tantū reſpicit cuꝫ nulla fuiſſent ſponſalia.ſ.c.proxi.

matrioniū inter eundē gu. ⁊ matrē puelle celebratū p̄cipias inuiolabiliter obſeruari: ⁊ eorū prolem[q] denūcies eſſe legitimā: quia deſpōſationes ⁊ matrionia ante ſeptē annos fieri nō poſſūt: ſi conſēſus poſtea nō accedit̄[r]. Sane ſi p̄fata puella āte deſpōſationē[s] ſeptimū annū cōpleuerat: licet predict[us] vir a deſponſatione ipſius puelle ipſo iure[t] fuerit abſolut[us]: cū ea in eū conſentire noluerit: inhoneſtū[u] tñ videt̄: ut matrē habeat cuius filia fuit ſibi deſpōſata.

Idez norwicen̄. epō.

Continebat̄ in lr̄is tuis ꝙ cū quedā puella. ī. nubiles ānos cuidā in uxorē tradita fuerit ⁊ ab ipſo traducta: hec ad nubiles ānos pueniēs: alij nubēdi licētiā poſtulauit: aſſerēs ſe in eundē nullaten[us] conſēſiſſe: ⁊ infra. Conſul. t. t. r. ꝙ cū in decretis[a] habeat̄ expreſſū: ꝙ ſi vir dixerit ꝙ uxorē ſuaz cognouerit: et mulier negauerit: viri ſtanduz eſt[b] ueritati: p̄fato viro q dicit ſe mulierē ipſā cognouiſſe. fides eſt adhibēda: ſi id firmauerit iuramēto[c]. Si aūt fuerit etati ꝓxia[d]: ut ī. xi. uel circa xij. ānū: ⁊ cū ſuo aſſēſu deſpōſata et cognita ab eodē viro ſeparari nō debet: preſertim[e] cū parentes eius ipſā fuiſſe etatis legitīe fateret̄. Si uero puella infra nubiles ānos alicui deſpōſata fuerit: nō licet alicui[f] de cōſanguinitate ipſius cui deſpōſata fuerit eam ducere in uxorē: nec fas eſt eidē ſponſo de cōſāguinitate ſponſe: ſibi aliquā copulare.

Idem bathonien̄. epō.

De illis qui īfra annos[g] aptos matrionijs ſpōſalia cōtrahūt ſiue uterq; ſiue alter reclamet antequā ad annos matrimonijs aptos puenerit: ⁊ poſtulēt ſeparari: nō ſūt ullatenus[h] audiendi. Si uero alter uter iſtoꝝ ad annos pubertatis puenerit: infra eoſdē ānos altero exiſtente cū[i] ſpōſalia cōtrahūtur: ſi is qui minoris[k] etatis eſt cū ad annos illos puenerit reclamauerit: nec in alterū uoluerit cōſētire: iudicio[l] eccleſie poterūt abinuicē ſeparari: mulier autē que poſtquā ānos nubiles attigit: ei qui nōdū ad ānos aptos matrionijs uenerat: nupſit[m]: cū in eū ſemel[n] cōſenſerit: āplius nō poterit diſſētire: niſi ipſe cui nupſit poſtquā ad legitimā etatē puenerit: in eaz ſuū negauerit preſtare cōſenſū.

Idem.

A Nobis tua diſcretio reqſiuit utrū his qui infra annos nubiles matrionij[o] nomie coniūgunt̄ uel eorū alteri: antequā ad annos aptos matrionio pueniant: liceat a matrionio tali diſcedere. Ad qđ reſpōdemus ꝙ pro eo ꝙ ante nubiles annos cōiugalem conſenſū[p] nō habent: uſq; ad legitimā etatez expectare tenent̄[q]: ⁊ tūc aut cōfirmet̄ matrimoniū: aut ſi ſimul eſſe noluerit: ſeparent̄: niſi carnis cōmixtio ante interuenerit: cum interdū illa tēpus āticipare[r] ſoleat pubertatis.

Idem genuen̄. archiepō.

De illis qui ī minori etate deſponſant̄[s]: ⁊ infra. Reſpōdemus: ꝙ ſi ita fuerint etati proximi:

---

q Prolē. q: vbi mr̄ioniū legitimū ē ⁊ filii legitimi erūt. xxxiiii. di. ſi quis viduā. ⁊. xxxii. q. iiii. dicat aliqs. ⁊ ſi mr̄ioniū reputat̄ legitimū lʒ nō ſit: filii tñ erūt legitimi. ī. q fi. ſint legi. cū inter. hodie idē obtinet denūciatiōe p̄miſſa. ī. de clādeſti. deſpō. cū inhibitio.

r Accedit. tacite uel expreſſe: ut dictū eſt. ſ. c. proxi.

s Ante deſpōſatōnē. ipſius puelle.

t Ipſo iure. lʒ idō dicē q: cuz maior ꝯbit ſpōſalia cū minore aduenīēte etate ſi minor noluerit cōſentire in mr̄ioniū ab eccleſia dʒ abſolui: et q: illa noluit ꝯſentire fuit abſolutus ab epō. nec intelligas ipſo iure. i. ſponſalia nulla fuerūt ipo iure ut qdā dixerunt q: ipa nō ꝯſenſit in ſpōſalib[us] ſed lʒ ſtare non pōt q: ſi lʒ fuiſſet nō ſeparet̄ mr̄ioniū contractū cū matre cū nulla fuiſſent ſpōſalia: ut pʒ ꝑ p̄nci. c. vbi non ſepant̄.

u Inhoneſtuʒ. q: nullā de ꝯſanguinitate illi[us] puelle poterit recipe in vxorē: q multo minus matrē. ſ. ti. pxi. ad audiētiā. ⁊. c. ſpōſā. ⁊. c. iuuenis. cū illa puella fuerit ſpōſa illius: ut. ī. i. c. pxi. in fi.

a Continebat̄. i decretis. xxxiii. q. i. ſi qs vxorē accepit. §. i.

b Viri ſtāduʒ. ar. ꝯ. xxvii. q. ii. qō int̄rogaſti. ⁊. xxxiii. q. i. requiſiti. Sol. vbi vir ſe dicē cognouiſ ſe vxorem ⁊ iſta negat ſtat̄ v̄bo viri ut hic. ⁊. xxxiii. q. i. ſi qs vxorē recepit. ſʒ c. requiſiſti intelligit̄ qñ vterq; cōfitet̄ ꝙ carnalit̄ iungi ꝓpter frigiditatē nō poſſūt ⁊ vterq; ſeptima manu ꝓpinquoꝝ dʒ iurare ꝙ nō poſſunt carnalit̄ cōmiſceri. c. qō interrogaſti. intelligit̄ qñ maritus nō dicit ꝙ vxorē cognouerit vñ audit̄ mulier. Preterea qō dič lʒ fides ē adhibēda viro ſi iurauerit lʒ itellige qñ mulier ñ ꝓbat ſe virginē pasꝑectū corꝑis q: tūc hñ audit̄. ſ. ꝺ ꝓba. ꝓpoſuiſti. ⁊. c. cām.

c Iuramēto. Sʒ q̄re cōpellit̄ iſte iurare cū ſit reus. vi. q. v. actor? Idō cōpellit̄ iurare ne hoc diceret in fraudē ⁊ in p̄iudiciuʒ mulieris. nec credere tenet̄ ei mulier ſine iuramēto p̄cipue in cā mr̄ionii ꝓpter periculuʒ aīe. Lau. dixit: ꝙ hoc idō q: fundata videbat̄ intētio mulieris q: traducta mulier fuerat minor: vñ ad tollēdā p̄ſumptōeʒ illā dʒ iurare: ſecus eēt: ſi mulier oino nihil ꝓbaſſet. ut. ſ. ꝺ iureiu. c. vl. vbi ꝺ lʒ. ſi. ī. c. atteſtatōes. Et ſic ē ar. ꝙ i cāis mr̄ionialib[us] ñ dʒ omitti iuramētū ne in fraudē aliqd tenet̄. ſ. de teſti. tuis qꝯibus.

d Proxima. Sʒ qñ dr̄ etati ꝓxia? pōt dici ꝙ cū diſtat a pubertate ꝑ ſex mēſes uel minus. ī. c. atteſtatōes. ⁊. ff. de excu. tu. nō tātū. ſic ⁊ ꝓxim[us] pubertati furti obligat̄. inſti. de ob. q̄ ex delic. naſ. §. i ſumma. ⁊ intellige nihilomin[us] ꝙ malitia ſupplebat etatē alias non eſſʒ matrimoniū etiā poſt. xii. annū. ut dixi. ſ. eo. puberes.

e Preſertim. i. maxime. ⁊ ꝙ parentes confitebant̄ illam legitime etatis: multū facit pro viro ⁊ contra puellam.

f Alicui. de conſanguinitate. ſic. ſ. c. acceſſit. in fi. ſ. ti. pxi. ad audientiā. ⁊. c. iuuenis. ⁊. c. ſponſam.

g De illis. annos. tres articuli cōtinent̄ in hac decre. Primus eſt de illis vſq; ſi v̄o. Scōs eſt ibi: ſi v̄o alter iſtoꝝ. Tertius ibi: mulier autem. her.

h Ullaten[us] audiēdi. ꝓpter fragilitatē etatis. ⁊ eſt ar. ꝙ impubes ꝺ eo qō fac̄ añ pubertatē reclamare nō vʒ. ar. xxviii. di. ꝺ his. ⁊. xx. q. i. illud. ⁊. ff. de neg. ge. pōpon[us]. ⁊ ar. ad lʒ. ff. ꝺ mio. deniq;. §. i. b.

i Cū ſpōſalia ꝯhunt̄. i. altero exiſtēte infra ānos pubertatis: ſicut exiſtebat quādo ſponſalia cōtrahebant̄ ſi alter pueniat ad etatē nō eſt audiēdus: ſi petat ſepari ſed expectabit quouſq; alter ad etatē puenerit. Quidam dicebant ꝙ alter eoꝝ erat maior ⁊ alter minor quādo ſpōſalia cōtrahebant̄: ſm̄ hoc non differret a ſequenti verſu. Ala.

k Minoris etatis. videt̄ ꝙ in optōe illius qui vltio ad etatē puenit ſit reclamare. Et tu dic ꝙ idē iuris ē de alio ꝙ pōt reclamare etiā ſi minor vellet cōſentire alit̄ ñ differret a ſequēti verſu.

l Iudicio eccleſie. ſic. ī. ca. pxi. ⁊ ita pʒ ꝙ ſpōſalia diſſolui debēt iudicio eccleſie tātū niſi forti[us] vinculū ſupueniat puta mr̄ioniū cū alio uel votū ſolēne tunc ipo iure ſoluta ſunt. ar. ſ. ti. pxi. ſi inter. ⁊. ī. de ſpon. duo. c. i. ar. ꝯ. ī. c. ex lr̄is. vbi ſoluūt̄ ſpōſalia añq alter pueniat ad etatē. ſed nō eſt ꝯ q: ibi non tenuerūt ſpōſalia ut patʒ ex fine: hic v̄o tenuerūt. Itē ſi. ſ. ti. pxi. p̄terea. ⁊. ca. requiſiuit. ibi ſimilit̄ ſoluūt̄ ſpōſalia ne deteri[us] inde cōtingat: ⁊ ita ſpōſalia cōtrahētes ſi nolunt vterq; uel alter ꝑficere mr̄ioniū nō ſūt cōpellēdi ut colligit̄ ꝑ hec iura. Sʒ ꝯ eſt expreſſū ꝙ oino ſunt cōpellēdi ꝑ eccleſiaſticaʒ cenſurā. ſ. ti. pxi. ex lr̄is. ii. ⁊ c. ſicut. Quid q reſpōdebis? dicas ꝙ illa decre. ex lr̄is. ii. ⁊. c. ſicut. loquūt̄ qñ iuramētū interuenit lʒ illi etiā eſſent ipuberes ſed erāt doli capaces ita ꝙ tenuit iuramentū: vnde ꝓpter periculū iuramēti cōpelli debēt ad ꝯhenduʒ. ⁊ illa decre. requiſiuit. reducit̄ ad illā ex lr̄is. ut ibi plene dictū ē. ⁊ qō dicit illa decre. p̄terea. potius eſt diſpēſatio: ut ibi dictum eſt. ⁊ q: vterq; diſſentiebat idō facilius tollerat̄: hic q loquit̄ de ſpōſalib[us] minoꝝ. Si q iuramētū interueniat cōpellēdi ſunt ꝑficere matrioniū: ſiue ſint maiores ſiue miores dū tñ fuerint doli capaces: q: etas illa plena ē piuriis. ī. ꝺ delic. pue. pueris Si v̄o iuramentū nō interuenit in ſpōſalib[us] non ſūt initi cōpellēdi: q: inuite nuptie difficiles exitus ꝯſueuerūt hr̄e. Et ita planū ē ex cā tamē cōpellunt̄: ut dictū eſt. ſ. ꝺ ſpō. ex lr̄is. ii.

m Nupſit. i. ſpōſalia ꝯxit: q: mr̄ioniū ꝯhere nō poterat. ſic. ī. c. pxi.

n Semel cōſenſerit. ar. qō ſemel ꝓbat ū eſt amplius nō poſſuʒ reprobare. iii. q. iii. offerat̄. ⁊. viii. q. ii. dilectiſſimi. ⁊. xx. q. iii. eos qui. xxxii. q. v. horrendus. ⁊. iiii. di. in iſtis. ⁊. ſ. de cā poſ. cū oliʒ. ff. de neg. ge. pōponius. i. ⁊. ff. de adul. ſi vxor. in fi. ar. ꝯ. ff. de mu. ⁊ ho. ut gradatim. §. reprobari. Itē ar. ꝙ cōtractus claudicat. ar. ſ. de elec. noſti. ⁊. xxxii. q. v. ꝓpoſito. ⁊. q. ii. aliquādo. ⁊ xxxiii. q. v. manifeſtū. xii. q. ii. ſi qua de reb[us]. ⁊ inſti. de auc. tu. §. i. ⁊. C. de ꝓcu. non eo min[us]. ar. ꝯ. ff. de arbi. ſi cū dies. §. ſed ⁊ ſi. ⁊. l. ſed ſi interpellat̄. §. vl. xxi. q. v. ſi quis cuiuſlibet. ⁊. iiii. q. v. qſqs. Sol. veꝝ eſt ꝙ multi cōtractus claudicant: ⁊ ex vna pte poſſūt tenere ⁊ ex altera nō: ut ſi pupillus ꝯhat cuʒ minore ſine tutoris auc̄te. inſti. de auct. tu. §. i. ⁊. l. p̄dicta. non eo min[us]. ⁊. c. ſi qua de rebus. ſecus in mr̄ionio q: illud vinculū non pōt cōſtare niſi ex duobus cōſenſibus. ſ. ti. pxi. tua. ⁊ qō dicit hic nō obſtat: q: ille tenet̄ expectare non rōne matrimonij ſed rōne ſue ꝓmiſſionis. vnde ſi cōtraheret cum alia teneret etiam ſi iuramentū interueniſſet. ſ. ti. pxi. ſi inter.

o A Nobis. mr̄ionii. noie. ſ. futuri q: loquit̄ de ſponſalibus. ſ. c. pxi.

p Conſenſuʒ non habēt. quouſq; pueniāt ad etatē legitimā: ſic etiā et in voto. xx. q. i. firma. ī. de fri. ⁊ malefi. qō ſedē. Sed pone ꝙ dicāt accipio te in meū ⁊ ego te in meā: intēdentes etiā ꝯhere matrioniū. R̄n. mr̄ioniū non ꝯtrahūt etate ꝓhibēte ſpōſalia non ꝯhunt q: nolunt. ff. de ſpon. queſitū. ar. ſ. de offi. dele. cū ſup. ⁊. C. ſi quis alteri uel ſibi. multū intereſt. ſi in eadē voluntate pſiſtant vſq; ad legitimā etatē: matrioniū p̄us inutile ratihabitōe tacita uel expſſa cōfirmat̄. ar. ī. c. pxi. ⁊. ff. de ſpon. queſitū. de ritu nup. in iorē Poſſet tamē ꝓbabiliter dici ꝙ ſpōſalia cōtrahunt iuris poteſtate. lʒ ea cōtrahere non intendāt. ī. c. atteſtatōes. ar. ⁊. c. duo. ala.

q Tenent̄. ſ. c. pxi. ⁊. xx. q. i. illud. xxviii. di. de his.

r Anticipare. ī. e. c. pxi. ⁊. c. vlti. ⁊. ſ. c. puberes.

s De illis. ꝺſpōſat̄. ⁊ traducūt̄ i domū p[us]ea allegāt miorē etatē uel violētiā.

t Copula carnali cōiungi. Hoc ſolū conſideraṫ ut poſſint cōiugali vinculo ſociari ⁊ non numerus annoꝝ.ſ.e.puberes.
u Conſenſiſſe.quod facere poterunt licȝ nondum puenerit ad etatem cum pubertas preueniſſet etatem.
x Malitia.alibi appellaṫ prudētia.ĩ.eo.c.vl.ſi.C.ſi minoꝛ ſe ma.dixe.l.iii.
y Excuſare.ſic.ſ.e.ti.pxi. veniēs.ii.⁊.c.conſultatoni.
z Cōſenſus. expſſus uel p̄ſumptus: ut ſi patiēter cohabiter illi talis violētia tranſit in ꝯſenſuȝ.ſ.ti.pxi.ad id qđ ⁊.ĩ.qui cle.uel vouē. inſinuāte.C.qđ me.cā.l.ii.uel ſi carnalis copula ſubſequaṫ.ĩ.de eo qui dux.in ma. quā pol.p adult.ſignificauit. ⁊.ĩ.q ma.accu.poſ.inſuper.ber.

Malitia ſupplet etatē

a Atteſtatōes.niſus fuiſſet. ⁊ ita conatus non p̄indicat cū non habuit effectum.ſ.ti.pxi.ca.vlti.vbi de hoc.ber.
b Euaſiſſe.cui crediṫ in h̄ q̄ ꝯ ſe cōfitebaṫ. xiiii.q.ii.§.i.⁊.ff.de inter.ac.de etate.§.i.alias ſtareṫ vbo viri: ut.ſ.e.ꝯfitebaṫ. ꝑut ibi dicitur.
c Per teſtes.quod facere nō poterit nō obſtāte publicatōne alioꝝ teſtiū cū iſte ſit aliꝰ articulꝰ.d teſti. fraternitatis ⁊.c.tā litteris. ⁊.c.cauſā.ii.⁊ c.ex tenoꝛe.⁊.c.ſeries.
d Circa finē. forte p ſex mēſes.ff.de excu.tu.non tantū.ii.ff.de mu.⁊ hono. ad rē publicā.⁊.ſ.eo.continebaṫ. ar. cōtra.xx.q.i.illud. hoc intellige ſi iuuenis iſte tunc eſſet viripotēs q2 malitia preuenit etatē quādoqȝ.ſ.e.c.pxi. alias nō tenet matrioniū etiā ſi cōpleuiſſet.xiiii.an. ut.ſ.eo. puberes dictū eſt.
e Ab ipſo iuramento. Sed quare exigiṫ iuramentū cuȝ ipſe ſit reus. vi.q.vlti.actoꝛ? Ideo deferṫ ei iuramentum q2 p̄ſumptio erat ꝓ muliere q2 cōſtabat q̄ cū ipſa cōtraxerat: ⁊ quia aſpirauerat ad carnalē copulā. vnde ex hoc erat p̄ſumptio cōtra illū. ſic ſ.eo.cōtinebatur. dic ut ibi. Quādo debeat iuramentuȝ deferri reo uel actoꝛi? quere illud.ſ.de iureiur.c.vlti. Et ideo iurat q̄ poterat eē poſt xiiii.annos cōſenſiſſet in illā ⁊ timoꝛe iuramenti confitebaṫ veritatem. ber.
f Ex litteris.deſponſata ea non conſentiente.
g Potius. electiue ⁊ non cōparatiue.
h Per annū. Si hoc feciſſȝ ſponte ſic tenuiſſent ſponſalia ex patientia conſequentis tpis.ſ.ti.pxi. ad id quod.et ſic non fuiſſet iſta mulier audita quouſqȝ alter pueniſſet ad etatē.ſ.eo.de illis.i.
i Carnaliter.quod ſi feciſſet ſtatim p̄ſumereṫ conſenſiſſe.ĩ. de eo qui dux. in matri.quā pol.per adult.ſignificauit.
k Tribuas.argu.cōtra.ſ.eo.de illis.i.⁊.c.a nobis. Sol.illud veꝝ eſt quando certum eſt q̄ ſponſalia tenuerūt: hic non tenuerunt: ⁊ ideo daṫ ei licētia cum alio cōtrahendi.

potuerit copula[t]carnali cōiungi minoris etatis intuitu ſeparari nō debent: ſi vnus in alium viſus fuerit conſenſiſſe[u]: cum in eis etatem ſuppleuiſſe malicia[x]videaṫ. ſed cuiuſcūqȝ ſint etatis ſe poſſunt per illatā violentiam excuſare[y]: niſi poſt violentiam conſenſus[z]accedat.

Urbanus.iij.cenomonē.epō.

Atteſtationes ſuper cauſa matrimonij: que inter.h.iuuenē ⁊.g.mulierem uertitur accepimus ⁊ ipſis inſpectis nobis innotuit: q̄ predictus iuuenis nondum duodecimum annum attigerat: cum prefatam.g.accepit uxorē: ⁊ licet niſus fuiſſet[a]: ſicut uterqȝ cofeſſus ē ipſā coꝛrumpere: mulier tamen credit ſe virginem euaſiſſe[b]uerum ipſe antequam ad annum.xiiij perueniſſȝ a memorata muliere rceſſit que cū xvij.annos habeat: eadem ꝓ viro ſibi uēdicare cōtendit: ⁊ infra. Cōſul.t.t.r.q̄ ſi mulier per idoneos teſtes[c] probare nequiuerit: ⁊ poſt xiiij.annuȝ etatis ſue uel circa[d] finē xiiij.anni predictus iuuenis conſēſiſſet in eam ab ipſo iuramento[e]recepto: q̄ poſtquam ad legitimā etatem peruenit: ipſam habere nō cōſenſit uxoꝛem: ab iperitione mulieris eum potes ⁊ debes abſoluere et ad alia uota utriqȝ dare licentiaȝ tranſeundi.

Idem piſano archiepō.

Ex litteris.t.fra.accepim[f]: q̄ puella quedam anno.xij.iurata fuit ⁊ deſponſata cuidaȝ puero ix.uel.x.annoꝝ: ⁊ tempoꝛe procedente de uolūtate parentū potius[g] quā de ſua: ſicut aſſerit ad domum patris pueri adducta: ubi nolens et inuita minis parentum impulſa moram fecit per[h] annum ⁊ ampliuſ et tandem inde recedēs: ad domū propꝛiam eſt regreſſa: ⁊ infra. Cū autem dictus puer nondū ad.xiiij. annuȝ peruenerit: nec ad eandem carnaliter[i]acceſſum habuit: diſ.t.t.r.q̄ ſi puella cōmonita ut donec compleat idem puer annum.xiiij. expectet: non duxerit expectanduȝ ei ſecundū ea que ꝓpoſita ſunt: accipiendi alium virum liberam tribuas[k]facultatē. Alex.iij.

